Mythologia, Padoue, 1616 - 35 : Minerve casquée et armée ; Minerve avec une corneille ; Minerve au fuseau

1 médaillon

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 58 : Minerve casquée et armée ; Minerve avec une corneille ; Minerve au fuseau *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 58 : Minerve casquée et armée ; Minerve avec une corneille ; Minerve au fuseau *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

Mythologie, Lyon, 1612 - 26 : Minerve casquée et armée ; Minerve avec une corneille ; Minerve au fuseau *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

gilius libro ſeptimo.

—— *non illa colo calathiſue Mineruæ*
Fœmineas aſſueta manus.

Hæc eadem tibiarum vſum & muſicam excogitauit, hæc acu pingere, telam texere, omne lanificium, leges, claſſicaque adinuenit. quorum inuentorum mentionem fecit Ouid. lib. 6. Mutationum, & ita lib. 3. Faſtorum:

Pallade placata lanam mollire puellæ
Diſcant: & plenas exonerare colos.
Illa etiam ſtantes radio percurrere telas
Erudit: & rarum pectine denſat opus.
Hanc cole qui maculas læſis de veſtibus aufers.
Hanc cole velleribus quiſquis ahena paras.
Nec quiſquam inuita faciet bene vincula plantæ
Pallade: ſit Tychio doctior ille licet.

Cultum præterea & plantationem oleæ inuenit, & fructus expreſſionem, cùm planta quidē antè naſceretur, ſed ignota inter cæteras arbores. nam vt teſtatur Herod. in Terpſichore, quibuſdam temporibus apud neminem, niſi apud Athenienſes, oliua inueniebatur. Atq; cū Epidaurii ex oraculo Apollinis Delphici ſtatuas erigere Damiæ & Auxiſiæ iuberētur, per cūctati ſunt æreas ne an lapideas erigerēt. Cū reſpōdiſſet Pythia ex oliua domeſtica, ad Athenienſes confugerunt. *ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίους ἐλαίην σφι δοῦναι ταμέσθαι, ἱρωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι. λέγεται δὲ ὡς ἐλαῖαι ἦσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἢ Ἀθήνῃσι.* *Rogarunt igitur Athenienſes Epidaurij, vt ſibi oliuam cædere permitterent, cum maximè ſacras illas arbitrarentur. Ferunt enim quod per id tempus nullibi, niſi apud Athenienſes, erant oliuæ.* quare etiam annua ſacrificia mittere Athenas pro cæſis oliuis Epidaurii pepigerunt. Cum verò oliuæ fructus ad omnes artes ſit accommodatus, oleum ſcilicet, omnes denique artes Mineruā inueniſſe creditur. Nam profectò nulla eſt ferè ars, quæ non olei beneficio vtatur, aut aliqua ex parte adiuuetur: ſicuti etiam ignis munere. quare non iniuria ſenſit Aeſchylus, vt antiquorum ſcriptorum plerique, Prometheum omnes artes excogitaſſe quòd ignem de cœlo ad mortales detulit, vt ſuo loco apertiùs à nobis & opportunius explicabitur, cùm pertractabimus illa quæ fabuloſè dicta ſunt à maioribus de ipſo Prometheo. Fama eſt adeò virginitatis fuiſſe ſtudioſam Mineruam, vt cùm fortè ſe lauans in fonte Heliconidis Hippocrenes conſpecta fuiſſet à Tireſia, illum cæcum fecerit quoniam periniquum ſibi videbatur, quod mortalis aliquis gloriari poſſet ſe nudam lauantemque Mineruam vidiſſe. verumtamen Chariclo Tireſiæ mater ab eadem poſtea impetrauit, vt pro lumine corporis, mentis ſplendorem & artem diuinandi ab ipſa Minerua Tireſias obtineret, vt patet ex hymno Callimachi in lauacra Palladis.

Digitized by INTERNET ARCHIVE Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7754?lang=fr?context=pdf